

Quod parasti ante faciem omnium populorum.  
Lumen ad revelationem gentium, et gloriam  
plebis tuæ Israel. Gloria.

*Ant.* Salva nos, Domine, vigilantes; custodi  
nos dormientes; ut vigilemus cum Christo, et  
requiescamus in pace.

## OREMUS.

Visita, quæsumus, Domine, habitationem istam,  
et omnes insidias inimici ab eâ longè repelle:  
Angeli tui sancti habitent in eâ, qui nos in pace  
custodian, et benedictio tua sit super nos semper.  
Per, etc.

*Antienne, répons et prose à la sainte Vierge.*

Alma redemptoris Mater, quæ pervia cœli porta  
manes, et stella maris, succurre cadenti, sur-  
gere qui curat populo: tu quæ genuisti, naturâ  
mirant, tuum sanctum genitorem; Virgo prius  
ac posterius: Gabrielis ab ore sumens illud ave,  
peccatorum miserere.

v. Angelus Domini nuntiavit Mariæ;

r. Et concepit de Spiritu Sancto.

## Après Noël.

v. Post partum, virgo inviolata permanisti;

r. Dei genitrix, intercede pro nobis.

## OREMUS.

Gratiæ tuam, quæsumus, Domine, mentibus  
nostris infunde; ut qui Angelo nuntiante, Christi  
Filii tui incarnationem cognovimus per passionem  
eius et crucem ad resurrectionis gloriam perduca-  
mus: Per eumdein, etc. Amen.